SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
e l'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Flavius Car.lis Ursinus

Copia. Dilecto nobis in Xpo Mag.co viro I.V. Doc. D.no Candido Titello de Nursia domestico et familiari nostro salutem in D.no sempiternam. Cum non sine animi nostri gravi displicentia acceperimus in terra nostra S.ti Gemini fuisse commissa nonnulla furta, et alia crimina forte graviora contra iustitias, et diversas personas, et incolas dictae Terrae ac nonnullas alias lites ibidem pendere indecisas non sine praeiudicio, incommodo, et iactura particularium personarum et cupientes quoscumque delinquentes debitis poenis puniri literasque civiles quantum in nobis est terminari facere, confisi de tua legum peritia, ingenij dexteritate, ac plurimo rerum usu, et in similibus longa experientia, nec non singulari fide, et devotione quam erga nos gerere comprobavimus, et experti sumus, te D. Candidum antedictum in nostrum commissarium in dicta Terra duximus deputandum prout per praesentes nostras constituimus, et deputamus, dantes et concedentes tibi harum serie omnimodam facultatem, et potestatem contra omnes delinquentes, et alios quoscumque facinorosos homines inquirendi procedendi eosdemque capiendi, carcerandi, torquendi, multandi, et puniendi condemnandi, et absolvendi, et quascumque poenas commutandi, componendi, gratiandi arbitrio tuo, omniaque alia, et singula faciendi, gerendi, et exequendi, et exercendi quae pro recta iustitiae executione pro bono regimine, et quiete dictae terrae fore cognoveris oportuna. nec non omnes, et singulas causas tam civiles quam criminales et mixtas summarie, sine strepitu, et figura iudicij sola facti veritate inspecta, donec tibi te commorari contigerit, cognoscendi, fineque debito terminandi facultatem tibi damus, et plenam concedimus potestatem. Cupimus etiam ut post pacta tua negotia in Civitate Tuderti ad Terram Montij Castelli nuncupatam cuius Gubernij, et protectionis curam gerimus personaliter te conferas, locum visites, et quascumque causas tam civiles, quam criminales, et mixtas cum eisdem facultatibus quibus supra cognoscas termines, et decidas arbitrio tuo. Mandantes propterea D.D. prioribus officialibus et universitatibus dictorum locorum ac particularibus, et privatis personis

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 334 v.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR